

meatur. Quia virtus justitiæ obligare nequit ad ælum qui sine peccato impleri non potest; sed contrahere matrimonium cum magno illo scandalo est aperte lethalis culpa, cum notabiliter charitas proximi lædatur, dissolvatur parentum pietas, et cognatorum amicitia, et colligitur ex cap. *Cum tua*, De spons., ibi, De fama, vel scandalo, et ita docet ibi Gloss. v. *Scandalo*; Panormus, ibi, Alex. de Nevo.. Præpos. ubi docent, quando vehementer scandalum timeatur ex matrimonii contractu inter contrahentium consanguineos, posse et debere judicem interdicere matrimonium; idem Panorm... ait Ecclesiam compulsuram non esse implere sponsalia, quoties rixæ inter parentes contrahentium probabiliter timentur, et melius id expresse docent Fel. Nav... Menoch...

SPONSI.

SUMMARIUM.

1. Sponsus et sponsa unde dicantur. — 2. Conversationes et cohabitationes sponsorum sunt ab episcopis omnino prohibendæ sub multa. — 3. Sponsi divites invicem conversantes puniri non possunt, nisi multa infra duos ducatos, pauperes vero solis pœnitentiis salutaribus. — 4. Quamvis cohabitatio sponsorum sit punibilis, visitationes tamen et conversationes præsertim in præsentia consanguineorum non sunt punibiles. — 5. Sponsus an et quomodo visitare possit sponsam in clausura monialium existentem, *remissive*. — 6. Sponsi vel

(1. Sponsus et sponsa unde dicantur? *Vide* verb. SPONSALIA, n. 1.

(2. Conversationes et commercia sponsorum ante contractum matrimonium per verba de præsentia, episcopus impediatur omnino: multas vero ob earum causam incursum applicet usibus piis, et interim deponat apud depositarium multarum. Sac. Congr. Episc., in *Hieracen.* 20 Apr. 1587,

(73) Et re quidem vera post conc. Trident. copula ejusmodi post sponsalia, tantum abest, ut faciat hæc transire in matrimonium, ut ex opposito (talis copula) non nisi *vere fornicaria* habenda omnino sit. *Communis* et certa. Adeoque, prædicta copula nonobstante, utpote mere fornicaria, sponsalia utique dissolvi, ubi legitima et justa causa intervenerit, facile cognosceas licet.

Quippe, si matrimonium contractum non servata forma Tridentini, utut copula secuta fuerit, nec quidem in sponsalia resolvitur, prout ex sac. congregat. declaration. supra allatis utique comperitur est; ergo nec etiam sponsalia quacunquē publicitate inita, etiamsi accesserit copula, ita consistere debent, ut non possint non rescindi, ubi causa adsit pro earundem dissolutione. Unde ait D. Virginius Valsecchius, monachus Casinensis: «Sponsalia in suo esse spectata (ex) causis solvi posse jam probatum est. Itaque eadem sponsalia etiam post copulam subsequatam iisdem de causis poterunt rescindi.» In respons. pro veritate addit. ad calcem Dissertat. De sponsal. et matrim. clariss. archiep. Muscettola, edit. Venet. 1772, vers. *Non solum*.

Facit huc, quod docet D. Alph. de Ligorio, per hæc verba: «Si parentes juste vetant filio aliquod matrimonium, quia esset illud dedecori, aut scandalo familiae, tunc filius peccaret graviter, si illud

Guttier... (etc.)... *quamvis secula sit virginis defloratio* (73), (* nota *) sub ea spe matrimonii futuri. Quod quidem verissimum est... et idem dicendum est, licet *nulla sit inter contrahentes disparitas*... Caute tamen considerandum est hoc scandalum, non enim quodeunque sufficere; sæpe enim vanæ minæ jactantur, terroresque opponuntur, et discordiarum pericula intentantur; quæ tamen, experientia teste, ubi deferbit ille impetus, et matrimonium celebratur, in nihilum decidunt, facileque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas.» De matrim., lib. 1, disputat. 14, n. 3.

(183. «Idem dicerem (prosequitur Sanchez) *quoties est timor probabilis pessimi exitus*, ut odii capitalis inter ipsos contrahentes.» *Ibid.*, l. et n. cit. (74).

sponsæ fornicatio cum alia, vel cum alio commissa, an addat malitiam injustitiæ distinctam, et in confessione necessario aperiendam, *remissive*. — 7. Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, et hujusmodi, quæ fiunt inter sponsos cum delectatione sensibili venerea, morosa et directe voluntaria, sunt peccata mortalia; alias non sunt, nisi venialia, et si pudice fiant ex recto fine secundum consuetudinem patriæ sunt licita. — 8. Quando autem sponsi graviter peccent, vel non circa delectationem morosam de copula futura et de dictis tactibus, osculis, amplexibus, etc., *remissive*. — 9. Alia ad rem, ad num. 12.

apud Nicol., in *Floscul.*, verb. *Matrimonium*, n. 8.

(3. Sponsi divites invicem conversantes puniri non possunt, nisi multa infra duos ducatos; pauperes vero solis pœnitentiis salutaribus. Ead. S. cong. Episc., in *Tarant.* 27 Nov. 1593, et in *Lyciensi* 5 Julii 1596, apud eundem, *ibidem*.

(4. Quamvis autem cohabitatio sponsorum contraheret. Et in casu quo illud esset dedecori familiae, ille non tenetur sponsalibus contractis, *etiam juratis, licet sponsam deflorasset*, cum sufficiat tunc, si tantum illam dotet, si potest, cum justitia non possit obligare ad actum qui sine peccato executioni mandari nequit. » *Homo apostol.*, De matrim., n. 10.

(74) Unde secundum quod hic ultimo docet Sanchez, si capitales et graves inimicitiae, et odia, et extraordinariæ animorum aversiones, inter ipsos oriantur sponsos, inde motivum exsurget ut ad matrimonium ineundum non compellantur, ob rationem specialem, ne videlicet alias ex matrimonio infelices sequantur exitus, continua aut frequentia jurgia, lites, scandala. Facit huc decisio sac. congregat.: «Quod si unus sponsorum ita incipiat abhorrere ab altero, ut serio dicat, se velle quidvis pati quam huic conjungi, a coactione judex desistere debet.» Apud Reiffenst., *loc. cit.*, n. 267.

Et, ut ait Rota, in *Cæsaraugustana Sponsalium* 29 Mart. 1754, coram R. P. D. vicecomite: «Ex tali subsequata exacerbatione contrahentium, ac suborta totali animi abalienatione, cum subsequens matrimonium prosperum, et felicem exitum sortiri haud valeat, idcirco pia mater Ecclesia in hisce circumstantiis, ad majus vitandum malum, solet sponsos ad pristinam libertatem restituere.»

ante contractum matrimonium per verba de præsentia punibilis sit, visitationes tamen et conversationes, præsertim in præsentia consanguineorum, non sunt punibiles. Ead. S. congreg. Episc., in *Tranen.* 26 Oct. 1588; in *Caven.* 28 Aug. 1589; in *Cosentina* 15 Febr. 1536, apud eundem verb. SPONSALIA, n. 2.

(5. Sponsus an et quomodo visitare possit sponsam in clausura monialium existentem? *Vide* verb. MONIALES, art. 1, a num. 30 ad 36, ubi plura ad rem *De sponsalib. et matrimonio educandarum*.

(6. Sponsi vel sponsæ fornicatio cum alia, vel cum alio commissa constantibus validis sponsalibus, an addat malitiam injustitiæ distinctam, et in confessione necessario aperiendam? *Vide* verb. LUXURIA, n. 9.

(7. Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, et hujusmodi, quæ fiunt inter sponsos cum delectatione sensibili venerea, morosa et directe voluntaria, sunt peccata mortalia; alias non sunt nisi venialia. Et si pudice fiant ex recto fine secundum consuetudinem patriæ, sunt licita. *Communis*.

NOTA ROMANI THEOLOGI.

Id nimis periculosum est, ac vix casus esse poterit in quo sola venialis culpa insit, tum quia raro, aut fere nunquam in iis abest delectatio venerea; tum etiam, quia certum est periculo se exponere hujus delectationis, quod periculum a gravi excusari non potest.

RESPONSIO AUCTORIS.

Ast si tactus, oscula et hujusmodi fiant inter sponsos sine ulla delectatione sensibili venerea, morosa et directe voluntaria, ut loquor *ibi* ego, non sunt nisi venialia, ubi revera absit omnis delectatio sensibili venerea, morosa et directe voluntaria; ubi autem ipsi ex sua personali conditione et proclivitate cognoscant, sic se exponere periculo alicujus delectationis morosæ venereæ, certe tenentur sub gravi se abstinere ab ipsis. Conclusio autem mea procedit conditionate, in casu quo fiant sine ulla venerea morosa delectatione. Conditionale vero nihil ponit in esse, nisi purificata conditione. Arg. § *Sub conditione* 4, Institut. *De verbor. obligationibus*, l. *Hoc jure utimur* 8, et *ibi* addit. marg. ff. *De verborum obligation.*, l. *Quia autem* 6, § *fi-*

SPORTULÆ.

Vide verb. JUDEX, a n. 12 ad 46.

STATIO.

Præstat sequentia adnotare.

(1. Statio sæpe sumitur pro concursu populi ad ecclesiam indictam, in qua statis diebus processio clericorum ad stas præces faciendas consistebat. Vetustus enim in Urbe ritus fuit, ut certis diebus clerus in unam aliquam ecclesiam supplicationis

nal. ff. *Si quis, omissa causa, testam.*, l. unica, § *Sin autem*, cod. *De caducitat. tolendis*, c. 1, § final. *De sponsalibus* in 6, Clementin. 1, *De concession. præbendæ*. Eo vel maxime, quod n. seq. remitto lectorem ad ea quæ habentur sub verb. DELECTATIO MOROSA, a n. 27 ad 29, ubi expresse dico: «Cavendum est tamen, ne in istis osculis, tactibus et amplexibus habeatur illa delectatio carnalis et sensibilis, quæ merito fuit damnata ab Alexandro VII, 18 Martii 1666, in propos. 40, in ordine, ibi: «Est probabilis opinio, quæ dicit tantum esse veniale osculum «ob delectationem carnalem et sensibilem, «quæ ex osculo oritur, secluso periculo «consensus ulterioris et pollutionis.»

(8. Quando autem sponsi graviter peccent, vel non, circa delectationem morosam de copula futura et de dictis tactibus, osculis, amplexibus, etc. *Vide* verb. DELECTATIO MOROSA, a n. 27 ad 29, et n. 32.

(9. Alia ad rem. *Vide* verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, verb. MATRIMONIUM, verb. SPONSALIA, verb. STUPRATOR, et divissimam Const. Bened. XIV, incip. *Reddita sunt*, in qua sponsis catholicis, qui in fœderatis Belgii regionibus coram civili magistratu, aut hæretico ministro duntaxat, mutuum consensum in matrimonium de præsentia declararunt, quælibet conjugalis consuetudo interdicta decernitur, donec matrimonium ad formam concil. Trident. rite celebraverint.

(10. Salutare quidem est decretum, quo fere omnes episcopi prohibent ne ante contractum matrimonium sponsus in una eademque domo cum sponsa habitet, propter periculum evidens ne inter eosdem sponsos copula habeatur ante matrimonii celebrationem. Non tamen id prohiberi potest sub pœna stupri, sed tantummodo sub pœna arbitrio ordinarii infligenda, ut respondisse sac. Congr. conc. episcopis provinciæ Mediolanen. refert Benedictus XIV, *De synod. diac.*, lib. XII, cap. 6, n. 3, ibi: «Non posse, sed ambos graviter arbitrio ordinarii duntaxat esse puniendos.»

(11. Sponsus qui sponsam seducit ad copulam, non potest puniri pœna stupri ob aliquod jus quod habet in corpus illius, ut ex decretis sacræ congregat. apud Fagnan., *Instit. eccl.* 46, § 18.

(12. Sponsus in nuptiis Canæ Galilææ, quibus interfuit Christus Dominus, quis fuerit? *Vide* verb. NUPTIÆ, n. 31.

causa conveniret, ubi sacra fiebant, aliaque divina officia peragebantur. Hi porro dies jejuniorum erant; unde solvere stationem idem erat quod solvere jejunium; Isidorus, lib. VI, c. ult., *Etymol.* Discernant autem quidam inter jejunium et stationem:

nam jejunium est indifferenter cujuslibet diei abstinentia non secundum legem, sed secundum propriam voluntatem; statio autem est observatio statutorum dierum vel temporum, ut quartæ et sextæ feriæ, vel Quadragesimæ. Et S. Ambrosius, serm. 36: « Stationes vocantur jejunia, quod stantes et commorantes in eis, inimicorum insidias repellimus. »

(2. Porro cleri Romani processio in illas stationes duplex est, solemnitas aut privata. Hæc fit, cum unusquisque privatim in locum indictum se recipit; sollemnis vero, cum sollemni more, decantando litaniae aliasque preces, Pontifex aliique omnes eo sese recipiunt. Processiones sollemnes præcedit collecta, id est coadunatio clericorum in una ecclesia, ut ex ea, quasi agmine facto, in locum stationis procedatur: sic dicta, quod in eo loco clerus cum populo colligatur ad faciendam processionem sollemnem. Et quia in loco, ubi fit collecta, oratio super populum funditur ante processionem, inde fit quod ejusmodi orationes etiam collectæ appellantur, quoniam « super collectam populi fiunt, dum colliguntur, ut procedat de una ecclesia in aliam ad stationem faciendam, » ut loquitur Micrologus in cap. 3. Sic in capite jejunii illa oratio *Concede, quæsumus*, apud Sanctam Anastasiam super collectam populi dicitur, qui stationem apud Sanctam Sabinam celebraturus est. Sed ejusmodi collectæ fiebant præcipue in Quadragesima, et in singulis triduis Quatuor Temporum, propterea quod illis diebus sollemnis processio celebratur: at quia forte privata erat aliis temporibus processio, nullæ collectæ assignantur in veteri indice collectarum et stationum, quem Mabillonius exhibuit tom. II *Musæi Italici*, p. 544.

(3. Gregorius Magnus stationes antea vagas, vel certis ecclesiis scripto non addictas, in suo *Sacramentario* constituit, *ordinavitque per basilicas, vel beatorum martyrum cœmeteria*, testante Joanne diacono in ejus *Vitæ* lib. III, cap. 18. Primitus vero stationes illæ institutæ fuerant vel ob sanctorum natalitia, vel ob dies publicæ processionis, sive missæ sacratori tempore celebrandæ. Stationes ob sanctorum natalitia fiebant in eorum memoriis, vel in cœmeteriis, id est in ecclesiis super eorum tumulos constructis, quæ ob id cœmeteria quandoque appellantur. Hinc cum notissimæ essent sanctorum festivitates et memoriæ, non erat necessarium harum stationum diem et locum assignare in *Sacramentariis*, in quibus quæcunque propriæ sanctorum missæ habebantur, publicas olim stationes exigebant. At vero stationes aliorum dierum, puta Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Adventus, Natalis Domini, Paschatis, et simillium, cum incertæ essent, eas designari oportebat, ne qua oriretur dubitatio, ad quamnam Ecclesiam esset procedendum ad publicam stationem. Unde Gregorius eas certis diebus

(75) Num. 20.

in suo *Sacramentario* addixit, ut a cunctis cognosci possent. Eas porro constituit passim in basilicis præcipuis, scilicet patriarchalibus et titulis, aliquando tamen in diaconiis et oratoriis, ut in oratorio Sancti Pancratii, in quo idem sanctus Pontifex homiliam habuit. Gregorius secundus supplevit vacantes aliquot Quadragesimæ dies, nempe in feriis quintis: quas stationes, ne repeterentur in titulis, in aliis ecclesiis statuit. Hoc est quod significare voluit scriptor libri *De gestis Pontificum*, his verbis: « Hic Quadragesimali tempore, ut in quinta feria jejunium, id est *Statio*, atque missarum celebritas fieret, in ecclesiis (quod non agebatur) instituit. » Attamen singulas Quadragesimæ ferias quintas ante Gregorium II, festivas fuisse instar Dominicæ, Micrologus auctor est in cap. 1.

(4. Etsi autem fixæ ac ratæ essent in *Sacramentario* stationes, eas tamen populo denuntiari mos erat. Id fiebat ab archidiacono in publica missa præcedente. Postquam enim Pontifex communicaverat, veniebat « archidiaconus cum calice ad cornu altaris, et annuntiabat stationem: » quæ verba leguntur in primo libello *Ordinis Romani* n. 19. Olim igitur ex primævis Romanis Ordinibus, post: *Pax Domini*, etc., denuntiabatur ab archidiacono, stante cum calice ad cornu altaris, statio futuri diei. Ita perhibet *Ordo Romanus* I (75) et II (76). Sæculo vero XII, hæc denuntiatio fiebat ante communionem a subdiacono regionario; ita docet *Ordo Romanus* Benedicti canonici, ubi de ritibus in missa feriæ IV, initii Quadragesimæ, his verbis: « Ante communionem vero stat subdiaconus regionarius juxta altare, dicens alta voce: Crastina die veniente, statio erit in ecclesia S. Georgii martyris ad Velum aureum. Respondet schola: *Deo gratias*. »

(5. Ad locum stationum deferrebantur ex patriarchio Lateranensi vasa sacra, præeunte cruce stationali, de qua exstat V. Cl. Ciampini pererudita dissertatio. Pontificem in sella gestatoria eo portari mos erat. Aliquando tamen equo vehebatur. Leo IV instauravit « crucem auream, quæ (ut mos antiquitus est, ait Anastasius) subdiaconi manibus ferebatur, prædecessorum Pontificum. » Presbyteria etiam, id est erogationes fiebant, tum ob ministrorum obsequia, tum ob laudes et acclamationes. Imo Pontifex quandoque in ipso itinere causas finiebat, aut certe ad ejus nutum nomenclator et sacellarius, ut in primo *Ordine Romano* num. 2.

(6. Stationum aliquod vestigium sæculis XIII et XIV perdurabat. Vide Garampium, in *Vita B. Claræ*, p. 555. Nunc vero stationum nomine veniunt indulgentiæ illæ quæ certas ecclesias visitantibus conceduntur. Vide etiam V. LITANIÆ, etc.

(76) Num. 14 *Ord. Rom.* XI, n. 54.

STELLIONATUS.

Vide verb. POENA, art. 2, n. 204, 205.

STIPES.

Vide verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, art. 1, n. 28

STOLA.

SUMMARIUM.

1. Stolæ delatio an importet jurisdictionem, ad num. 2. — 3. Quoad ingressum parochorum cum stola et cruce elevata in ecclesias regularium, plures adducuntur sacrarum congregationum hinc inde resolutiones et pontificum constitutiones, cum auctoritatis opinione. — 4. Capellani confraternitatum nequeunt deferre stolam in processionibus quæ fiunt extra suarum confraternitatum ecclesias. — 5. Stolam deferre in processionibus et funeribus non competit archipresbytero collegiatæ privative quoad alios parochos. — 6. Stolam et superpelliceum deferre sine licentia parochi licet archipresbytero collegiatæ in actu benedictionis dandæ infirmis in articulo mortis. — 7. Parochi civitatis possunt in publicis pro-

(1. Stolæ delationem esse signum propriè denotans jurisdictionem et officium sacerdotale, tradit Glossa in l. unica, verb. *Fibulis*, cod. *Nulli licere*; et facit textus in cap. (77) *Cum sit* 6, De auctorit. et usu pallii; ubi quod archiepiscopus solum in ecclesiis suæ provinciæ pallio uti potest; secus extra e. *Ex tuarum* 8, eod. Quod enim operatur pallium inter episcopos, operatur stola inter sacerdotes. Theodosius Rubeus, *Singularium* part. III, in tit. *De præcedentiis* n. 64; Gratian., disceptat. 298, n. 75; Panimoll., part. II, dec. 169, n. 31 et seq.; Samuel., *De sepultur.*, tract. 1, disp. 4, contr. 7, n. 9, et disp. 4, contr. 12, n. 12; Monacell., t. XII, tit. 13, formul. 1, n. 77, ubi expresse dicit: « Nam stolæ delatio jurisdictionem importat. »

(2. Nullam autem importare jurisdictionem, si simpliciter deferatur sine ullo illius actuali exercitio, docet Pignatellus, tom. III, consultat. 48, n. 40, expresse dicens quod stola sine suo exercitio non est signum præcipuum jurisdictionis, sed vestis sacerdotalis, cap. *Ecclesiastica* 9, dist. 23, et, ut tradit S. Thomas, part. III, 9, *Supplement.*, art. 7 in corpor., est habitus proprius sacerdotis, et est veluti forma totius ornatus sacerdotalis, et deducitur ex concil. *Bracaren.* III, cap. 3, et *Toletan.* IV, cap. 39. Theodos. Rub. in ejus respons. impress. apud Gratian., cap. 298, n. 61; Panimoll., part. III, decis. 270, n. 11; Rota, in *Savonen. Aggregationis* 15 Junii 1699, § *Non obstat, coram Pio*, ibi: « Non obstat quod stola sit signum jurisdictionis, ideoque non concedenda simplici sacerdoti, etc. Quapropter

(77) Stola orarium passim cum a Græcis, tum a Latinis vocatur; quamvis Græci id nominis stolæ diaconali non sacerdotali tribuant, quæ apud illos latior est orario nostro, nec ullis litterarum notis, aut cruciculis intexta, ut orarium episcopale. Mos olim fuit, ut a recens ordinatis cum presbyteris, tum diaconis stola passim gestaretur; imo diaconi per annum integrum post susceptum diaconatus

cessionibus, in quibus intervenit capitulum cathedralis sacris paramentis indutum, incidere cum stola. — 8. Regulares non possunt benedicere agros, et maledicere locustas cum stola sine licentia parochi. — 9. Sacerdotes accedere debent ad communionem cum stolis albis a collo pendentibus, et diaconi cum stolis albis diaconalibus. — 10. Stola sacerdotalis quomodo gestanda a sacerdotibus. — 11. Stola diaconalis quomodo gestanda a diaconis. — 12. Stola cur ab episcopo non ducatur ante peccatus ad formam crucis. — 13. Stola cur non utantur Romæ concionatores. — 14. Stola et cruce elevata potest deferri processionaliter cadaver ad ecclesias regularium per quascunque dioceses et parochias, etiam irrequisitis earundem parochis ad n. 15.

aliud stola significat in episcopo, aliud in simplici sacerdote, etc. Et propterea esse signum æquivocum, nec importare jurisdictionem, nisi illam deferens expleat parentalia. » Et in *Bisidianen. Præminentiarum* 27 Januar. 1726, § final. *coram Calcaquino*; ubi quod delatio stolæ in actibus non funeralibus non est signum jurisdictionale, sed duntaxat distinctivum parochorum a cæteris presbyteris: et sic etiam alibi sæpe sæpius, ut refert probando Scarfantonius ad Ceccoper. ad p. III, addit. 39, sub num. 80. Et expresse declaravit Benedictus XIII, constit. incip. *Pretiosus*, § *Et ad tollendam*, ibi: « Declarantes, et, quatenus opus sit, decernentes, ac matura deliberatione mandantes crucis erectiones, stolæ delationem, et ingressus in ecclesias in omnibus et singulis enumeratis, ac cæteris quibuscunque similibus casibus, nullam penitus jurisdictionem importare, aut minimum in aliquo præjudicium cuiuscunque irrogare, aut quomodocunque, et quomodocunque irrogare et inferre posse. »

(3. De qua tamen vide dicta sub verb. *PAROCHUS*, art. 2, n. 67, ubi insuper adducuntur hinc inde plures sacrarum congregationum resolutiones, et Pontificum constitutiones quoad ingressum parochorum cum stola et cruce elevata in ecclesias regularium, prout etiam plures hinc inde quoad hoc referuntur a Pignatell., tom. V, consult. 48, et ab Ursaya, tom. I, part. II, discept. 14, et tom. IV, part. I, discept. 11, ubi in fine circa hanc diversitatem resolutionum adducit, quod habet doctissimus Faber, in *Epist. ad lector. sui cod.*, ibi:

ordinem jugiter stolam gestare debebant. Hinc cum in Bracarensi provincia diaconi « absconsis infra tunicam uterentur orariis, ita ut nihil differre a subdiaconis viderentur, » *Bracarense concilium* id vetuit can. 27. Vide Georgium, *De liturg. Rom. Pont.*, tom. I, lib. I, cap. 20, qui n. 4, mysticas quoque quasdam stolæ significationes in medium affert.

« Idem plane senatus, sed non iidem senatores, » quem secula est Rota, decis. 181 in princip., *coram Emerix jun.*, et plures etiam alias hinc inde resolutiones adducit ipse citato tomo IV, part. III, discept. 6.

(4. Capellani confraternitatum nequeunt deferre stolam in processionibus quæ fiunt extra suarum confraternitatum ecclesias, ut probant decreta congesta a Pignatelli, tom. VIII, consult. 73, n. 21, et per viam legis generalis decrevit sacra. congr. Rit., die 10 Decembr. 1663, in responsione ad 23 dub., et sacra congreg. Concil., in *Cremonen.*, die 24 Januar. 1706, ad 10 dub., ubi, orta controversia inter capellanos confraternitatis Casalis Majoris aggregatæ archiconfraternitati mortis et orationis urbis et parochum dicti loci super delatione stolæ deferendæ per dictos capellanos in functionibus et processionibus, partibus informantibus, declaravit eos extra oratorium confraternitatis stolam deferre non debere, nec posse, non obstantibus decisionibus Rotæ, in *Savonen. Aggregationis* 27 Junii 1593, *coram Pio*, et 15 Junii 1699, *coram eodem*, et 15 Jan. 1700, *coram dell'Olmo*, et 13 Junii 1601, *coram Molines decano*; quæ afferebantur in Summario confraternitatis; sic refert Monacell., tom. II, tit. 13, formul. 1, num. 78. Et sic etiam ead. sacra cong. Concil., in *Novarien. Aggregationis* 24 Septemb. 1713, ad 6 dub., apud *Thesaurum resolution. sacræ congr. Concil.*, tom. I.

(5. Stolam deferre in processionibus et funeribus non competere archipresbytero collegiatæ privative quoad alios parochos, respondit sacra congregat. Concil., in *Derthonen. oppidi Novarum Jurium parochialium* 3 Decembr. 1718 ad 11 dub.

(6. Stolam et superpelliceam deferre sine licentia parochi licere archipresbytero collegiatæ in actu benedictionis in articulo mortis dandæ infirmis, ad quos accessit, respondit sac. cong. Concil., in *d. Derthonen.* ad 14 dub.

(7. Parochi civitatis possunt in publicis processionibus, in quibus intervenit capitulum cathedralis, sacris paramentis indutum, incedere cum stola. Sac. Rit. congr., in *Ariminen.* 24 Januar. 1728, apud Scarfantonium ad Ceccoper., part. III, addit. 23, sub n. 3.

(8. Regulares non possunt benedicere agros, et maledicere locustas cum stola sine parochi licentia; supplicante enim in sac. congr. Concil. procuratore generali Capucinorum declarari: « Primo, an regulares dicti ordinis requisiti ab agrorum dominis, possint absque licentia parochi benedicere agros, et maledicere locustas, et brucos, et cæteros hujusmodi vermes, et quatenus affirmative. Secundo, an in hujusmodi functionibus peragendis uti possint stola absque licentia parochi. » Sac. congr., die 28 Augusti 1688, respondit ad utrumque, *Negative*; apud Monacell., *loco citat.*, num. 79.

(9. Sacerdotes ad communionem generalem in feria v, in Cæna Domini accedere debent cum stolis albis super cottam a collo

pendentibus. *Cæremonial. episcop.*, lib. II, c. 29, § 3; Merati, tom. I, part. IV, tit. 8, *De feria v in Cæna Domini*, n. 7. Et diaconi ad ipsam accedere debent cum stolis diaconalibus albis. Merati, *loc. cit.*, n. 8, et alii.

(10. Stola sacerdotalis cum alba, est aptanda et gestanda in modum crucis; soluta vero, et pendens a collo hinc inde, si cum superpelliceo, vel pluviali, aut sine eo adhibetur. Cum superpelliceo enim ligari in modum crucis non potest. Gavanti, et Merati, tom. I, part. I, tit. 10, rubrica 4, vers. *Stola*; et alii.

(11. Stola autem diaconalis aptanda et gestanda est a diacono ab humero sinistro pendens sub dextrum; quia ab ipsis fertur super uno tantum humero sinistro sub axillam dexteram connexa, ad distinctionem sacerdotum, qui utroque humero eam portant, ut supra; fertur autem a sinistro humero ad latum dextrum ex concil. *Bracaren.* I, cap. 27, ut ab activa vita laboriosa, ad contemplativam suavem diaconus transeat; Honorius, in *Gemma*, lib. I, cap. 240. Vel ut portet hic jugum domini in sinistra, id est in præsentia vita, cum spe quietis futuræ in dextra; Durand., lib. II, cap. 9: quæ ratio valet etiam pro sacerdote. Cæterum dexteram diaconi partem vult esse liberam ob ministerium altaris; concil. *Toletan.* IV, c. 39. Sic Gavanti, et Merati, *loc. cit.*, rubrica 7, vers. *Diaconus cum stola*.

(12. Episcopus non ducit stolam ante pectus in modum crucis, sed sinit hinc inde utrasque extremitates pendere, et antequam accipiat stolam, accipit parvam crucem pectoralem. Sic rubrica *Missal.*, part. II, tit. 1, num. 4. Et ideo non ducit stolam in modum crucis, quia ante pectus gestat ejus loco crucem pectoralem, quam ante stolam accipit, ut notat Innocentius III, cap. 53, apud Gavanti, et Merati, tom. I, part. II, tit. 1, rubrica 4, ubi Merati notat, quod in recentibus *Missalis Romani* rubricis, post illa verba, *Si celebrans sit episcopus*, adducuntur hæc alia, *vel abbas, ut supra*, ex quibus deducitur, quod ducere stolam in modum crucis ante pectus, convenit etiam abbatibus pontificalium usum habentibus, præsertim quando pontificaliter celebrant.

(13. Stola super cottam non utuntur Romæ concionatores ob reverentiam Papæ, qui extra sacramenta stola utitur. Gavanti, et Merati, tom. I, p. II, tit. 6, vers. *Orator Romæ*.

(14. Alia ad rem. Vide verb. *PAROCHUS*, art. 3, n. 36, ubi, quod occasione funerationis cadaverum, alterius diocesis, aut parochiæ in ecclesiis regularium, potest proprius parochus defuncti ad effectum deferendi processionaliter cadaver ad dictas ecclesias libere transire per quascunque dioceses et parochias cum stola et cruce elevata, etiam irrequisitis eorundem parochis. Sic expresse sacra congregat. Episcoporum, et Regular., in *Placentina* 24 Novembr. 1713, ad 1 dub.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(15. Delatio stolæ non semper est signum

jurisdictionis. Si actus, in quo stola deferatur, sit indifferens, etiam actus indifferens est actus delationis ipsius stolæ. Contra si jurisdictionalis sit actus in quo deferatur stola, signum jurisdictionis est actus ipsius

delationis. Vide Rotam, in *Tranen. Præmientiarum super reservatis* 23 Junii 1723, *cor. bon. mem. Gamaches*, ubi et de usu hujus distinctionis in praxi.

STUPRATOR, STUPRUM.

Hæc adnotasse expediat.

(1. Stuprum stricte et proprie sumptum est violenta defloratio puellæ virginis, seu est concubitus cum puella virgine ipsa invita seu per vim coacta. Sic in re communis doctorum. (2. Ponitur autem *violenta*, seu *ipsa invita*, seu *per vim coacta*, ut excludatur copula in quam consentit virgo, quia talis copula, in quam consentit virgo, pertinet potius ad simplicem fornicationem, quam ad stuprum stricte et proprie sumptum. *Communis*.

(3. Censetur vero virgo violenter seu per vim coacta deflorari sic ut ejus defloratio dicatur stuprum stricte et proprie sumptum, quando vi, timore, dolo, fraude aut facta promissione matrimonii, et hujusmodi decipitur et inducitur ad copulam. *Communis*. (4. Dicitur autem notanter in definitione puellæ virginis, seu cum *puella virgine*, ut excludatur concubitus etiam violentus corruptæ, seu illius quæ antea copulam habuerat, quia ille violentus concubitus non est stuprum, cum non sit violentio integritatis virginalis. *Communis*.

(5. Stuprum igitur est gravissimum et speciale luxuriæ peccatum ob gravissimam injuriam, quam stuprator infert puellæ virgini et ejusparentibus. *Communis*. (6. Unde stuprator tenetur in foro conscientiæ, aut illam ducere in uxorem, aut illam honeste dotare secundum sui possibilitatem et viri prudentis arbitrio. *Communis*. Arg. cap. *Pervenit* 2, De adult. et stup.

(7. Alia ad rem. Vide verb. *Dos*, art. 2, num. 14 ad 38, ubi late de omnibus.

ADDITIONES CASINENSES.

(8. Sub v. *Dos*, art. 2, n. 14, rite tradit auctor cum *Communi*, quod deflorator, qui per vim vel metum injuste incussum virginem violavit, non teneatur illam præcise ducere, sed possit sub alternativa *vel* accipere eandem in uxorem, *vel* dotare.

(9. Si vero deflorator hujusmodi, defectu mediorem, puellam dotare, aut damnum injuste illatum resarcire non potest, tenetur in utroque foro eam ducere, si puella eum velit, et *conditionis notabiliter inferioris* non sit. Prima pars conclusionis de externo foro videtur certa, eo quod licet in *alternativis debitoris sit electio, et sufficiat alterum impleri* cap. In *alternativis* 70, De reg. jur. in 6; tamen si debitor unum ex his non vult aut potest præstare, ad alterum tenetur, hoc ipso quod ad alterum obligetur; consequenter cum iniquus deflorator in foro externo in pœnam delicti, aut ducere, aut dotare teneatur defloratam, si dotare sufficienter non potest, ducere

tenebitur. Quod si deflorator ducere noluerit, debitis juris remediis, etiam excommunicatione compelli debet, quamvis finaliter cogi non possit. Reiffenst. *De sponsal.*, num. 111.

(10. Dixi, *Si puella conditionis notabiliter inferioris non sit*; quippe neque violentus, aut injustus corruptor virginis sine promissione matrimonii obligatur ducere illam quæ longe inferioris conditionis est, etiamsi damnum ei illatum pecunia seu augmento dotis resarcire non possit; quia, generalim loquendo, in omnibus debitis, etiam quæ ex delicto descendunt, non tenetur debitor cum notabiliter majore suo damno restituere, sive solvere creditori, quam sit valor ipsius debiti, sive quando nequit solvere, seu reparare damnum, nisi cum longe majore suo damno, quam sit id quod intulit alteri: sufficit ergo hoc casu, ut si longe majus damnum stupratori ex matrimonio cum femina corrupta inito sequeretur, quam sit illud quod ipsi per stuprum illatum fuit, aliis mediis, quibus poterit, data opportunitate, illud compensare procuret. Ita Pirrhing, ad tit. *De adulteriis et stupro*, num. 46. Eademque in terminis habet Schmalzgrueber, ad tit. cit., n. 54.

(11. Qui vero defloravit virginem vero et sincero animo ei promittendo matrimonium, si consenserit in copulam, tenetur stare promissis, et ducere defloratam, sive fuerit virgo seu honesta vidua. Est certa et communis sententia. Ratio est quia ex contractu oneroso obligavit se ad rem, quam licite exsequi potuit, videlicet, se ducturum illam in uxorem, etsi non absolute, sed conditionate; ergo postquam femina implevit conditionem (quamvis illicite), et ex parte sua complevit contractum, etiam ipse tenetur illum complere, cum licite id possit ac debeat, eamque ducere, alioquin enim illa injuste deciperetur. Ita in terminis cit. Pirrhing, ad tit. cit. *De adulteriis et stupro*, num. 34.

(12. Neque in hoc casu admittitur *alternativa*, nempe ut vel *ducat* hujusmodi defloratam, vel *dotet*; nam *alternativa* locus est in stupro sine promissione matrimonii secundum dicta hic supra, non autem in casu de quo sermo est. Schmalzgrueber, cit. tit. *De adulteriis*, etc., n. 30. Unde talis in utroque foro tenetur eam ducere, nec satisfacit dotando. *Communis*. Idemque juris est ex sententia Reiffenstuel, aliorumque ab eo cit. ad tit. *De sponsal.*, num. 115, etiamsi sub *ficta* spe ac promissione matrimonii quis feminam ad copulam induxerit.